

### **De investigatore Columbino, qui ad praeclarum Theseum regem adest**

Theseus kehrt in folgender Geschichte von einer Dienstreise nach Hause zurück. Noch weiß er nicht, dass er gleich die Leiche seiner Frau auffinden wird. Entgegen der gängigen Überlieferung hat sich Phaedra nicht erhängt und auch der Abschiedsbrief befindet sich nicht in ihrer Hand. Somit ist völlig offen, wer ihr den Tod gebracht hat. Diese Situation wird im weiteren Verlauf dem eigenwilligen, jedoch hochintelligenten Mordinspektor Columbinus die Möglichkeit geben, den Mord aufzuklären.

Vesperi Theseus, rex Athenarum, qui olim et nonnullos latrones et filios Pallantis interfecerat, domum reversus est. Qui ibi exspectavit se coniugem amatam piunique filium inveniret. Sed cum domum pervenisset heros conturbatus neutrum crevit. Diutius regiam perquirebat, cum repente Phaedram, quae torpida in solo marmoreo cubiculi regii iacebat, aspexit. Extemplo rex aliquem nuntium advocavit, qui quendam hominem peritum rerum criminosa ex urbe accesserat. Brevi tempore pius nuntius cum viro caniore, cui tergum flexum erat, revenit. Qui Theseum allocutus est: „Salve, nobilissime rex Athenarum. Investigator sum et mihi nomen est Columbinus.“ Et ovum ex sinu longioris chlamydis suae sumens hoc modo dicere peregit: „Certus factus sum necem in hac domo accidisse.“ Columbinus putamen ovi in solo stravit et crepans mandere coepit, dum Theseus eum in cubiculum ducit.

In quo loco investigator reginae corpus inanimatum primo praetermisit. Antequam id animum advertit, omnes angulos cubiculi perpendit. Dum haec agit, ambo tacebant. Denique Theseus interrogavit: „Quid, Columbine, quaeris?“ Investigator ita cogitationes in se volutare visus est, ut illi, etiamsi quaestionem audiverat, hoc modo responderet: „Cui in hoc conclave inire licet?“ Rex, qui supercilia suspiciosa demittens mores investigatoris miratus est, cito responderet: „Quaesiti sunt ego ipse filiusque meus tresque servae. Servis nomina sunt...“ Sed nunc Columbinus hoc eloquium abruptit: „Non existimo“, ait, „ullam ex servis eam necavisse. Ecce eius collum! Ibi tunica scissa est. Mulier misera veneno, quo non iam spirare posset, periit. Triginta annis ego investigator cognoscebam servos vel pugna vel angendo vel ense necare, at necem veneno factam semper rem civium divitum esse.“ Columbino sic loquente vultus regis paulatim palluit et obstipuit: „Si tua sententia cum veritate congruat, meum filium aut me parricidam habeas.“ Columbinus: „Haec conclusio non absolute solida sit, quamquam ea, ut puto, probabilis est.“ Statim rex Columbino iuravit se ad Troezena fuisse. Rogatus affirmavit se duos servos comites habuisse. Cum Columbinus subscriptionem e his

quaesivisset, uterque affirmavit Theseum post mortem Phaedrae domum venisse. Dum Columbinus Theseusque Hippolytum filium ad percontandum expectant, ille regi narrat, quantopere uxor sua Theseum et res gestas eius foveat.

Denique filius accessit et dixit: „Eram in silva venans.“ Columbinus: „Singulus, nulli testes?“ Et Hippolytus: „Singulus“. Nunc pater, dum lacrimas vix tenet, dixit: „Manifestum est filium meum uxorem meam interfecisse.“ Columbinus autem: „At mihi argumenta desunt.“ Hic cogitans aliquidque murmurans discessit. Sed subito faciem rugosam ad alios convertit, ut patrem rogaret: „Tantummodo una quaestio mihi est: Utrum valvae apertae an clusae fuerant, antequam illud conclave intravisti?“ Theseus: „Valvae clusae fuerant, quod meminerim.“ Tacebat, tum verba sua emendavit: „Non ignoro eas clusas esse, Columbine. Sed cur id scire vis?“ Investigator vix sonivie hoc murmuravit: „Notabile!“ Deinde ambobus viris edixit: „Tales res sunt scripuli operae meae. Haec res inter se simpliciter non conveniunt.“ Nunc Hippolytus curiosus exstitit: „Quid“, inquit, „caliginose dixisti? Exprime, qui sensus in capite tuo commeet!“ Investigator libens respondit: „Finge te aliquem interfecisse. Tunc tunc valvas cluderet? Nemo est, qui hoc faciat. Aliquando Phaedra mortua utique invenietur. Quid igitur valvae cludendae sunt? Forsitan Phaedra sibi mortem conscivit. Aliquas causas scitisne, cur ea tale facinus commisisset?“ Hippolytus festinanter ait: „Nutricula. Haec narravit amorem Phaedrae in me tantam fuisse, ut ea multis in noctibus flere audiretur.“ Theseus rubuit atque clamare voluit, sed Columbinus, cuius vultus nunc quandam hilaritatem habuit, dixit: „Cum illa nutricula loqui cupio.“

Paulo post illi tres viri in camera nutriculae stabant, cum investigator ex hac quaesivit, quid ea de nece Phaedrae sciret. Quae dixit: „Phaedrae mihi hanc epistulam praebuit, ut eandem regi traderem. Tum in cubiculum abiit.“ Tunc nutricula regi epistulam dedit, qui litteras recitare coepit. Dixit: Hippolytum novercam quovis consecratum esse, quia Phaedrae desiderio arderet. Aliquando reginam insectationes Hippolyti non iam sustinuisse. Ideo Phaedram suae calamitati finem facere in animo habuisse. Hoc recitato Hippolytus magna voce clamavit: „Ea haec verba scribens periuravit. Quae ebriis ocellis me persecuta erat et iterum atque iterum proposuerat nos unitos patre interfecto his terris imperaturos esse.“ Ei Columbinus haec obiecit: „Hoc mea nihil interest. Mortuorum inquisitor, non pudoris sum. Demonstrata est Phaedra ipsa homicida sui fuisse. Sic meum negotium perfeci. Valet, cari viri. Vale, cara nutricula.“ Tum investigator contentus subridens abscessit. Postea autem Theseus, sive verba filii falsa iudicavit, sive uxoris luctus fiebat odium filii, Hippolytum per Neptunum damnavit. Itaque miser filius ob parricidium, quod numquam commiserat, tandem e vita exiit. Sed incertum est, an Columbinus in ista causa iterum consultus sit.

(Thema 2: Ermittlungen am Tatort eines beliebigen Mythos der Seneca-Tragödien)